

Va
249





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-279004-p0002-1

DFG

Z. d. I. K.

F. K. I. I.

Va
249

MEMORIAM
GEIERIANAM,
IN
AUDITORIO PHILOSOPHORUM
DIE PROXIMO XXIX. MARTII ANNO MDCCXXI.
PUBLICA ORATIONE
PIE CELEBRANDAM,
INTIMAT,

RECTOREM ACADEMIÆ MAGNIFICUM,
ILLUSTRISSIMOS COMITES, UTRIUSQUE
REIP. PROCERES ET STUDIOSAM
JUVENTUTEM DECENTER
INVITAT

FACULTATIS PHILOSOPHICÆ DECANUS,
D. JO. BURCHARD MENCKE.

Inseritum Novis Litteris 1721. p. 53-64.





Um Viri doctissimi *Langleti du Fresnoy* Catalogum præcipuorum Historicorum, ejusdem Methodo Historiarum subiunctum, cum supplementis ac notis quibusdam Gallice 1714, iterumque cum novis additionibus Germanice 1718 recudere, in clavis XLVII, Scriptores Miniae, Thuringiae & Variscie complexa, obiter Scriptorum in Bibliotheca mea extantium, adhuc quidem in editorum, mentionem feci, nec male bonis literis confuturum censu, qui eos in unum corpus compingere, simulque sparsim edita, sed vel raro obvia, vel sumptuoso comparanda, addere cupiat. Id cum ita caperent nonnulli, quasi ipse de edendis Scriptoribus illis confilium cepisset, eoque continuo aurem mihi vellacrent, meque promisi mei admonerent, copi nuper magis ferio ea de re cogitare, opera prestatum me facturum ratus, si elenchum quandam Scriptorum, tum editorum, tum ineditorum, quos ipse postdeam & Collectione huic inferendos censeam, premitterem, simulque alios ad ferendam opem sollicitarem.

Quæ itaque ad confar cinandum *Corpus Scriptorum historicorum Miniae, Thuringiae & Variscie* parata habeo, hæc sunt:

- I. ERASMIUS STELLÆ, alias Stüler Hypocentrus Libanothanus, artium Liberalium & Medicinæ Doctor, Confus & Physicus Cygneæ, de origine, vetustate, appellatione & regionibus Tabantiorum, Cygneorum, Libanorbanorum (vulgo civitatis Lipzk) & Misenianum, ut & ejusdem Molbius Iuninius Descriptio metrica; quos libellos, a Petro Albino frustra cum animadversionibus promisimus, in MSptō pervertuto servamus.
- II. REINERI REINECCI liber adinodum eruditus de Misenianum origine & rebus gestis, Lipsie 1576, 4 Germanice, iterumque Hanoviae 1612 Latino idiomate editus.
- III. GEORGII SPALATINI Norici, Historiographi Saxonicí primi, Chronica & origines Electorum & Ducum Saxoniae, libellas calumniis Henrici Brunfusenii, dicti Junioris, oppositus, ac Germanice primum Witteberg. 1541, 4, ac rursum cum prefatione Phil. Melanchthonis ibidem 1553, 8, editus, demumque a Friderico Hortledero operi majori de causis bellii Germanici L. IV Cap. 23 e prima editione insertus, ac passim eruditus Hortlederi notis illustratus; quem in Latinum nunc sermonem converti curabimus.
- IV. PETRI ALBINI Historici & Secretarii Electoralis, Chronica Ducum Saxonicæ, a Matthæo Dresnero sub titulo Sachsisches Stammbuch Lipsie 1602, 4 vulgata & continuata, quæ cum aliis in ea editione vulgatis Latina versione non plane indigna judicamus.
- V. Ejusdem nova Saxonum Historie pro gymnastara, Witteberg. 1585, 8 edita.
- VI. Ejusdem Chronica Miniae majora, ter ante aquæ ultimo Dresdenae 1689 in fol. Germanice edita, quæ tametsi nostris hominibus non sinit ignota, merentur tamen, ut Latina translatæ similem compilationem animum appulset.
- VII. GEORGII FABRICII Rerum Misenianarum Libri VII, & VIII. SIFFRIDI Misenensis Presbyteri Epitome Libri II; quem utrumque librum ex editione Lipsie 1571, 4 eleganti typo expresa dabimus; Siffridum vero infuper cum Codice Bibliothecæ nostra Paulinae MS. conferemus.
- IX. WILHELMI ERNSTI TENTZELII Consil. & Historiographi Regii & Elector. Sax. *Saxonia Numismatica*, Dresdenae 1703, 4 tomis IV edita, quem librum quidem Latine tantum [nam Tenui & Germanice excusus est] exprimitus, omisisti etiam, ut sumptibus parcat, nummorum ectypis, quibus historiarum studiofi, ad explicationem tantum respicientes, facile carent.
- X. CHRIST. SCHLEGELII Diff. de Cella Veteri, Marchionum Misenianum conditoria, Dresdenae 1703, 4; cui addentur, quæ in Bibliotheca nostra Paulina de Cella veteri exstant. Conf. Catal. MSS. p. 136.
- XI. MICHAELIS HEMPELLI Luculentia Descriptio Sacelli Fribergensis, quo trium Electorum & reliquo Principiis & Ducum Saxonicæ XXI monumenta continentur, Lipsie 1604, 4.
- XII. SAMUELIS REYHERI Monumenta Landgraviorum Thuringiae & Marchionum Miniae, non quidem, ut habet editio Gothana 1692 fol. in æ incisa, sed typis expressa, & eruditissimus W. E. Tentzeli notis, haec huius ineditis, quas exemplo in bibliotheca Regia extant adscriperat, illustrata: quamvis nec tabulas quoque æneas, Gothæ forticite haec huius fertas, optimi piissimum Principis munificenter impetrari a nobis posse desperemus.
- XIII. CONR. SAM. SCHURZFLEISCHI Dissertationes de antiqua Saxonum dignitate, & de Marchia Misenia, ut & ejusdem Hypomemata ad vet. Thuringia hist. XIV. *Chronicon Montis Saxonii*, ante annos fere quingenitos a Conrado Presbytero Lauterbergii, ut creditur, scriptum, quo plurima de rebus Minicis ab A. 1124 ad 1225 continentur; u. & XV. *Chronicon Monasterii Gozeckenfie*, cum primitis veterum Saxonum Comitum Palatinorum Thuringiaeque Landgraviorum ab A. 1041 ad 1135 gesta complectens; quod utrumque Joach. Joh. Maderus primus cum Genealogiis Marchionum Miniae in lucem protractit Helmstadii 1665, 4.
- XVI. Scriptoris vetusti *Historia de Landgraviis Thuringie*, quæ exsistat in Collectione rerum Germ. Jo. Pistorii, pag. 908 seqq. cujus quidem libri novas collationes mecum communicari peroptarem.
- XVII. PAULI LANGII, Cygnæi, Monachi Bozawiensis, *Chronicon Citizenæ* ab A. 968 ad 1515, apud eundem Pistorium, l. c. p. 755, cujus codicem MS. nullum expificari haec huius potuit.
- XVIII. Ejusdem PAULI LANGII, Benedictini in Monasterio Poxaviensi prope Cizam, *Chronica Neumburgensis Ecclesiæ a tempore Ottonis M. usque ad Carolum V Imp. seu ab A. 967 ad A. 1536*, quæ tum Germanice cum dedicatione ad Jo. Wellenecker, civem Cizensem & Philippi Episcopi Frisingensis & Nurnbergensis, Palatini Rheni & Ducis Bavariae, Consiliarium, tum paulo fusius Latine, in vetusto Codice, ipsius,

nisi

nisi me omnia fallunt, Autoris manu scripto, posseido, dignum profecto, quod tandem in publicam lucem prodeat. XIX. CASPARIS SAGITTARI *Historia Episcoporum Numburgensium*, Jena 1683, 4 impresa. XX. JO. GEORGII PERTSCHU *Origines Voigtländiae & celebris in hac urbis Bonifidetiae*, A. 1677, 4 edita, liber non vulgari studio elaboratus, cui & XXI. CL. PLANERI Prof. Viitem de *Varisia* dissertatio, ante paucos annos edita, haud incommode jungetur. XXII. AUGUSTINI BRUNNI, Annemontani, *Catalogus Electorum Saxoniae*, ex ejusdem *Triade Electorali*, Fr. 1600, 8 edita, qua non minus Saxonicorum quam Brandenburgicorum Electorum & Palatinorum ad Rhenum inde ab Ottoni III Imperatores res gestas haud proletarie tradidit, decerpitus. XXXIII. CONR. SAM. SCHURZFLEISCHI *Arminius*, ejusdemque XXIV. *Wittendius*. XXV. CASPARIS SAGITTARI *Historia Ecardi II Marchionis Misniae*, Jena 1680, 4. XXVI. WILH. ERN. TENTZELLI *Fridericus Fortis redivivus*, b. e. *Vita & fata Fridericus Fortis five Admirorū Landgravii Thuringiae, Marchionis Misniae &c. ex munitionibꝫ authentibꝫ variisque Scriptoribus collecta & illustrata*: liber ipsius Autoris manu nitide descriptus proflusque prelo paratus, sed quem paulo post rebus humanis eruptus prelo subiecere non potuit: & fassus nobis est Tentzelius, se plus opera in eo concinndando, quam in scriptis suis omnibus potuisse: ut adeo vel hoc opus Collectioni nostrae insigni ornamento fit futurum. XXVII. JO. GARLONIS, Bononiensis, *de rebus Saxoniae, Thuringiae, Libanotriae, Misniae & Lusatiae Libri II ad Fredericum Saxonia Ducem*, quibus imprimis de bellis inter Adolphum Imp. & Fridericum Admirorum fratremque Ticemannum gelitis agitur, ejusdem Tentzelii opera accurate descripti, additis variis Lectionibus diversarum editionum, notisque perpetuis, quibus errores Scriptorū deteguntur, præmis- fuisse variorum de Autore testimonios, ipsiusque Tentzelii ad hac observationibus. XXVIII. PHILIPPI MELANCHTHONIS *Oratio de Friderico Landgratio Thur. & March. Misnia*, cuius fuit a matre admirorū gena, cum prefatione & notis MS. W. E. TENTZELI XXIX. *Epitaphium Tirzmanni Landr. Thur. March. Misnensis & Lusatiae*, per DANTEM ALDIGERIUM, *Florentinum Octovirum & Hetruscum Poetam Lauratum conscriptum*, una cum iis que de exuviis eius in templo nostro Academicū afferavimus traduntur. XXX. JO. GEORGII DE PONIKAU Equ. Luf. nunc Pot. Regi Pol. & El. Sax. a Confiliis Appellationum, *Dissertatio de Elektoratu Saxoniae Friderico Bellisco jure meritoque collato*, quam anno 1709 meo sub moderamine defendit. XXXI. GEORGII SPALATINI *Diarium rerum ab Elektoribus Saxoniae, Friderico I & II, Ernesto, Friderico III seu Sapiente, Johanne, Friderico III & Johanne Friderico usque ad d. 1542 gestarum, hacenus ineditum, varia memoranda, pauca adhuc nota, complexum, quod Germanica, qua conscriptum est, lingua in Latinam transcripsi curabimus. XXXII. MICHAELIS BOEMI *Vita Alberti III Animis Ducis Sax.* cum annotationibus C. CORNI, *Appendice*, que inter Opera Seurzleffschiana exstant. XXXIII. Ejusdem SCHURZFLEISCHI *Fridericus III Saxoniae Elector*, in iisdem Operibus. XXXIV. JOHANNIS ROSINI *Exempla pietatis illustris, seu vita trium Elect. Sax. Friderici III Sapienti, Johannis Constantii & Jo. Friderici Magnanimi*, Jena 1602, 4. XXXV. CASP. SAGITTARI *Vita Jo. Friderici*, Jena 1678, 4. Cui forte subiunctum *Annales rerum a Jo. Friderico gestarum*, quo accurate congellos in schedis reliquit JO. GEORGII WILCKIUS, Schola Mielenensis Redactor & Nepos *Saxonici* Autor doctissimus; siquidem illi a S. Rev. Filio, cuius me quondam doctrina institutum gratius profiteor, impetrati poterunt. XXXVI. D. GEORGII ARNOLDI, *Episcopatus Numburgensis Cancellarii, Vita Mauritii El. Sax. quam e Germanica Davidis Schirmeri, Bibliothecarii Electoralis, verione, ut alii hand incogniti, ipse jam pridem cum pluribus codicibus collatam acutamque posseido, Gießie quidem 1719, 8 minus integre editam*. At postquam compertum est, codicem, prout ab autore exaratus est, Latine conscriptum, quem patui hacenus viderunt, in Ill. Jcti CHR. THOMASII Bibliotheca exstare, nulli dubitamus, Virum publicis commodis promovendis natum, haud ergo nobis eus copiam facturum. XXXVII. JO. CHRISTOPH. BARTENSTEINII, Argent. de bello Imper. *Carolo V a Mauritiis Saxon. El. illato, turbique inde in Imperio ortis, Distributa*, Arg. 1704, 4. XXXVIII. CORN. KRULL *Vindicta Mauritiana, seu de justitia belli Saxonici Mauritiani*, Lipi. 1631, 4. XXXIX. OSWALDI HILLIGERI, Jcti. *Vindicta Mauritiana, commentis Bodini opposita*, Jena 1674, 4. XL. FRID. GOTTH. GÖTTERI *Historia Saxoniae tempore Augusti Electoris*, Jen. 1708, 4. XLI. JOH. FRIDERICH, Prof. Hist. Lips. *Rerum memorabilium Christiani II Index Chronol.* 1651, 4. XLII. ELIE MARTINI EYRINGII *Vita Ernesti Pi*, D. S. Lipi. 1704, 8. His accedunt XLIII. HIERONYMI EMSERI *Vita Divi Benonii Episcopi Misnensis*, Lipi. 1572, fol. & XLIV. MARTINI HEIDENREICH *Vita Benonii Episcopi Misnensis*, Dresd. 1694, 8, tum & alia nomina ad canonizationem, quam vocant, Benonius spectantia, quae in Bibliotheca Universitatis nostrae existant, ut patet e Catalogo MSS. p. 310 sq. Sequuntur deinde, qui in iubibus Misniae & Thuringiae Latino fermeo non breviter tum paulo fusiūs describendis versati fuere. Nimurum XLV. DAVIDIS PEIFERI *Lipsia*, Martisb. 1689, 8. XLVI. JO. AC. VOGELII *Diss. de insignibus Lipsiae*, Lipi. 1683, 4, quibus accedit *Oratio nostra de viris cruditiis, qui Lipsiam scriptis atque doctrina illustrè reddiderunt*, quam in ipsa Jubilæi Academicī celebitate A. 1709 d. 4 Dec. recitavimus. XLVII. TOBIÆ SIMONIS, Dresd. Schola Rec. *Oratio de Dreda*, Dresd. 1622, 4. XLVIII. GEORGII AGRICOLA*

Domi-

Dominatores Saxonicæ Fribergæ, Frib. 15n, 4. XLIX. JO. BOCKERI *Fribergum in Misnia*, Lips. 1677, 4. L. GEORGII FABRICII *Freibergi descriptio atque Annales*, ejusdemque *Metalli Scharfenbergici descriptio*, quæ dindum a me in MSpto servata, publicavit denum Goðofr. Wagnerus Vitemb. 1710, 4. LI. PAULI JENISII *Annaberg et urbis historia & de incendio A. 1604. immaniter in urbe graffante*, Dresden 1605, 4. LII. JO. WOLFGG. ROESCHII *Auguſtoburgum*, Jen. 1671, fol. LIII. GEORG GUIL. KIRCHMAYERI *Commentatio de Witteberga Saxonum*, Witteb. 1713, 4. LIV. JO. FRID. FRENTZELII *Ileburgum*, Lipf. 1690, 4. LV. PHIL. BENEWITZ sive APIANI *Equus Wurcensis seu monumentum oppido Wurzena sacrum*, Lipf. 1688, 4. LVI. JO. WINCKLERI *de Borna Oratio synodalit.* Altenb. 1670, 4. LVII. JUSTINI PERTUCHII *Chronicon Portense*, Lips. 1612, 4. LVIII. ISRAE LIS CLAUDE RI *Altenburgum*, Altenb. 1647, 4. LIX. ABR. ROSENERI *Oratio de Altenburgo*, Jen. 1593, 4. LX. JO. MAUR. GUDENI *Historie Erfurterens Libri IV.* Duderstadt 1675, 8. LXI. Anon. *Jubilata Protectionis Saxonicae in Civitate Erfurterens*, 1663, 4. Postremo succedent variis generis scripta, quibus familiæ illustres, insignia item & jura publica statu quo literarum Saxonum illuftrantur. Cumque in manibus nostris sit peregregius BENJAMINI LEUERI JC. Codex, ab ipso Autore A. 1650 nitide deferritus, quo familiæ Comitum, Baronum ac Nobilium Germaniæ celebriores plusquam mille quingentæ accurate secundum decem Circulos describuntur, opera pretium nos facturos existimus, si eas inde decerpamus LXII. *Familias illustres, quæ ad Saxoniam superioriem spectant.* Excipient hæc LXIII. ADAMI RECHENBERGII *Diss. de Nobilitate Misniae literata.* LXIV. JO. CONRADI KNAUTHII & LXV. WILH. ERN. TENTELLI *Origines Beichlingianæ*, laudabilis doctrina æmulatione eodem ferme ab utroque tempore editæ. LXVI. Anon. *Tractatus* haud inelegans de familia Schenberga, nondum publici juris factus. LXVII. MART. PEUNTELLI *Plav. Analecta de familia Vodlandica a Feilisch*, Curia Var. 1628, 4. LXVIII. III. Viri BERNARDI ZECHII, sive ex ægiis, *Evolutio insignium Saxonicae*, ante complices annos Franc. in fol. edita. LXVIII. MICH. HENR. GRIBNERI *Viri de iuribus Saxonis præclare merentis, Patroni nostri coleundissimi, Dissert. de Sigillo Majestatis Saxonico*, Vit. 1718, 4. LXX. Ejusdem de *Palatinatu Thuringia*, nec non LXXI. de *juribus Palatinatus Saxonie* Duci Electori propriis, Vit. 1715, 4. LXXII. CASP. HENR. HÖRNILI *Diss. de Comitibus Palatinis Saxonie*, Vit. 1709, 4. LXXIII. BURCARDI GOTTHELFF STRUVII *Diss. de Comitia Palatinatum Saxonici*, Jenæ 1712, 4. LXXIV. Ejusdem *Diss. de ruta Saxonica*, Jenæ 1705, 4. LXXV. CONR. FRID. REINHARDI *Diss. de officiis Imperii Saxonici*, Jenæ 1713, 4. LXXVI. *Diss. nostra de Graeciarum & Latinarum literarum in Misnia instauratis*, Lipf. 1701, 4 publicata. Quibus denique annexemus farraginem epistolarum, diplomaticam cuncta nobis sunt ad prelum parata; neque tamen ignoramus, pasim adhuc latitare, quorum nobis copiam fieri vehementer optamus. Sunt vero sequentes: Autor de fundatione *Cenobii Bigaungiensis*; Autor *historie Fundationis Monasterii Bosauensi* in Episcopatu Citizeniæ; Antonii Siffridi Zopachii *Annales Cenobii Buchauensis ad Nidulum*; Autor *Chronicon Lipsiensis Thomani*; Hier. *Emseri Chronicon Episc. Misniensem*; Priami Capocii, Lilibethani Siculi, & Fridiani Pignutii, Itali, de rebus Friderici Adonis & Dicenanni Icripta; D. Johannis Saliani, Medici & Mathematici Austriaci, *Historia Misnica & Saxonica*, cuius in opere totius Carinthiæ additoque *Commentario* de Sylvia Hercynia & Civitate Montis Annæ meminuit; Georgii Fabricii *Chron. Chemnicensis*, Petri Albini *Annales Schneebergenses*; ejusdemque *Historia Wiperti sive Genealogia Comitum Leisnicensium*, & *Auleum veterum Saxonum*; Jo. Rixii *Marienbergæ*; ut & Azzonis, Canonici regularis Martisburgi, Capituli S. Johannis, *Chronicon MS.* seu *Vita Henrici Acupis*, quem librum in manibus habuiffe referit Jo. Vulpius in pref. *Megalurgia Martisburgica*. Ex his si quis nobiscum libros communicare non gravabuntur posse, non modo publice id grati deprædicabimus, verum etiam eos omni, quod æquum est, precio pen-sabimus. Nec eorum monita insuper habebimus, qui suam tententiam vel de omittendis quibusdam scriptis vel addendis alii nobis exponere non gravabuntur, cum fanioribus aliorum confilii obtemperare, quam nostro arbitrio rem gerere malimus. Quibus haec occasione premissis, nunc memoranda est nobis beneficentia singularis Viri Preclarissimi, JO. MARTINI GEIERI, Philo. Mag. ac Theologiae Caud. magni Parentis filii non degeneris, in vivida ac florenti ætate extincti, qui cum studiis egenis stipendi legaverit hand exigua, meruit utique, ut ipsius memoria quotannis publice celebretur. Quod offici genus cum futuro die XXIX Martii exequi pro virili constituerit Vir juvenis politissimus doctissimusque, JO. JACOBUS PEUTNER, Dresdenis, ea qua pars est observantia Rectorem Academie Magnificum, illustrissimos Comites, Utriusque Reip. Proceros, studiofamque juventutem rogamus, ut dicta die h. IX. in Acroaterio nostro Philosophico comparere acutumque hunc celi-briorem reddere dignentur. Dab. Dom. Lxxtre.

M D C C X X I.

LIPSIAE, LITERIS FLEISCHERIANIS.

Kopie

ULB Halle
006 669 085

3



Va
249

F.R. I. 1.

MEMORIAM GEIERIANAM,

IN
AUDITORIO PHILOSOPHORUM
DIE PROXIMO XXIX. MARTII ANNO MDCCXXI.

PUBLICA ORATIONE

PIE CELEBRANDAM,
INTIMAT,

RECTOREM ACADEMIÆ MAGNIFICUM,
ILLUSTRISSIMOS COMITES, UTRIUSQUE
REIP. PROCERES ET STUDIOSAM
JUVENTUTEM DECENTER
INVITAT

FACULTATIS PHILOSOPHICÆ DECANUS,
D. JO. BURCHARD MENCKE.

Inseritum Novi Litterariorum 1721 p. 53-64.



Farbkarte #13

